magno ſe iuenerit benigne recipietur a ſuo
creatore: ſin autem relegabitur ad inferna.
Nihil magis philoſophia.
Nūq̄ ad hūanū gen⁹ diuina munificētia venit
Nihil eſt cuius ortum cauſa legitima. ⁊ ratio
non preceſſerit.
Propter hoc nobis datus eſt ſermo. vt preſto
forent mutue voluntatis indicia.
Deus eſt ſummuȝ bonum ſuper omem ſubſtā
tiam. omnemq̄ naturam. quē cūcta expectāt
cum ipſe ſit plene perfectionis ⁊ nullius ſo/
cietatis indignus. optimus ratiōe hominis
eſt particeps. intellectus vero dei proprius
⁊ paucorum valde hominum.

Ex lib. apulei de deo ſocratis.

Omnis deus infinitus eſt nō ſolum
loci excluſiōe. ſȝ etiā nature dignitate
Preſtantiſſimū aīal in terris exiſtens ē hō.
Dii ab omnibus differunt. loci ſublimitate. vi
te perpetuitate: nature perfectione.
Nihil deo eſt perfectius ⁊ potentius.
Conuerſatio perpetua contemptum parit. Ra
ritas autem admirationem conſiliat.
Deus ab omnibus animi paſſionibus liber ē
eſt vnde nec dolere nec letari poteſt. Et no/
tādū q̄ hoc verū ē niſi quo ad ꝯceptū nr̄m.
Demones ſunt animalia genere mente rōna/
bilis: aīo paſſiua: corpore aerea: tp̄e eterna.
Magna eſt ſapientie dignitas que ſocratē ſum
mo deo coequat
Nihil ſimilius ⁊ generoſius eſt deo: q̄ȝ vir p
fecte bonus qui in tantuȝ homines ceteros
excellit inq̄ȝtū ipſe a diis imortalib⁹ excellit
Si laudas aliquē q2 generoſus eſt. parentes
eius laudas.
Si laudas aliquē q2 diues: hoc fortune debet.
Si laudas aliquem quia validus: egritudine
fatigabatur.
Si laudas aliquē quia velox. in ſenectute abiet
Si laudas aliquem quia formoſus eſt. expecta
modicum ⁊ non erit.
Sed ſi laudas eum quia bonis moribus ⁊ arti
bus doctus eſt. ⁊ valde eruditus ⁊ quantuȝ
licet homini: ſapiens. tunc ipſum viruȝ lau/
das. q2 nec a patre hereditariū. nec caſu pen
dulū. nec etate mutabile. nec a corpe caducū

Ex libro empedoclis.

Tria ſunt que in tota rerum varietate
excellentiſſimū diuine munificentie do
mū. ſ. philoſophia.. extollunt.
Nobilis affluentie conceptus: future felicita/
tis apetitus: mentis illuſtratio. quoꝝ primo
nihil honeſtius: ſecūdo nihil facili⁹ tertio ni
hil ad amborū cōpēdioſā adeptionē efficaci⁹

Ex libro auerois de ſubſtantia orbis.

Id quod mouetur ex ſe: compoſituȝ eſt
ex duabus naturis. ſ. ex recipiēte: ⁊ mo
tum agente.
In indiuiduis ſubſtantie: duplex eſt tranſmu/
tatio. vna ſubſtantialis: que tranſmutat no/
mine ⁊ diffinitione que tranſmutatio dicitur
generatio ⁊ corruptio. Alia vero eſt accidē/
talis que non tranſmutat nomē ⁊ diffinitio/
nem: ſed tantū ſecundū diffinitiones accidē
tales. que ſunt qualitas ⁊ quātitas ⁊c.
Quod impoſſibile eſt fieri non fit.
Impoſſibile eſt vnum ſubiectum habere niſi
vnam formam.
Materia ſubiectiuat per poſſe: ⁊ hoc eſt q̄ re/
cipit omnes formas vnde materia nihil eſt ī
actu. nec etiā aliquā formā in ſua natura in/
cludit. ſed eſt in potentia ad recipiendum
omnes formas.
Forme naturales diuidunt diuiſiōe materie.
Dimēſio non competit materie. niſi vt habēt
quantitatem.
Diuiſiones interminate precedunt formaȝ in
materia ſed diminutiōnes terminate ſequun
tur formam in materia.
Omne qđ aduenit enti in actu: eſt ſibi accidēs
Omne qđ ſubſtat ratione primi entis ſubſtan
tis: ſubſtat in ratione prime materie.
Impoſſibile eſt formam eſſe in materia ⁊ econ
uerſo.
Materia non recipit ſimul diuerſas formas:
niſi q2 pmo recipit dimēſiōes interminatas
Anima celi non cōiungitur celo: ſecundū eſſe:
ſed ſcđm operationem ⁊ motum.
In celeſtib⁹ idē ē efficiens motū. ⁊ finis mot⁹
Impoſſibile eſt illud qđ de ſe ē ⁊ corruptibile
recipiat eternitatem ab alio.
Materia celi eſt aliquid exiſtens in actu: non
potentia ⁊ ideo dignius dr̄ ſubiectū q̄ȝ mā.
Finis ſignificat agens ſignificatione neceſſa/
ria. ſicut motus ſignificat mouens.
Quicquid cōuenit celeſtibus ⁊ iſtis inferiorib⁹
vel cōuenit eis pure equiuoce. vel analogice
hoc eſt ſecundū prius ⁊ poſterius.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf